



**Commentariorvm, Ac Dispvtationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Quid de hac propositione sentiendum, sit Deus genuit alium Deum. c. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](#)

dicet, illud itaque aduentandū est, quod diuinitatis & humilitatis vox essentia, seu natura indicat: at Dei & hominis vocalulum, tum de natura usurpat, quemadmodum cum dicimus, deus est substantia captum omnem fugiens, & unus est deus; tum etiam de personis, nimurum eo, quod speciale est generalioris nomen suscipiente, ut cum scriptura ait, propterea uixit te deus, deus tuus, &c. senti igitur aliquando nomen, deus, supponi pro persona aliqua: Idem assertit Nicetas libr. 3. Thesauri cap. 33. Respondeo, Damascenum, & Nicetam solum docere voluisse: nomen, deus, accipi pro persona, non quia coarctetur eius significatio semper, sicut cum additur aliquod notionale syncategorema: sed quia eo non addito, aliquando de Deo enuntiamus ea, que illi conueniunt ratione aliquius persone: sicut ibidem ait, nomen, quidam bono in terra Huius, ponit ab scriptura pro Iob, non quia sic positum absque alio significet personam aliquam determinate, sed quia de quodam homine terra Huius recte dicuntur, que Iob conuenire videmus.

Tandem ex dictis sequitur, lapsum frustis Capreolum in primum distinctione 4. quæstione 1. art. 3. in solutione 2. & 3. & ultimi argumenti Aureoli, cum inquit, nomen, deus, semper supponi pro natura distincte, & proprie & semper etiam pro persona supponi; aliquando quidem distincte, cum additur terminus notionalis, ut Deus generat, aliquando indistincte, cum non additur terminus notionalis. Impugnat autem Capreolum Caieranus in hoc articulo tribus rationibus, ex quibus hec sufficiat. In hac propositione Deus non generat, vel nomen, deus, supponitur pro persona aliqua distincte, vel pro persona confusa; si distincte, vel pro Patre, vel pro Filio; non pro Patre, ut c. 3. contra Canariensem probatum manet; non pro Filio; quia est vera propositione; ergo pro persona confusa. Hoc autem, praterquam quod falsum est, quia est etiam vera propositione, pro aliqua nempe persona, est etiam contra ipsum Capreolum, qui in ea propositione additur terminus notionalis.

CAPVT VII.

Quid de hac propositione sentiendum sit, Deus genuit alium Deum.

Alterum, quod superest notandum, est circa 35. alias propositiones, de quibus sententiam ferre ex precedentibus difficile non erit, quarum prima est, Deus genuit alium deum, hoc igitur propositione manifeste falsa est, ut docent Hugo de S. Vict. in summa sententiarum tract. 1. cap. 1. & Thom. in hoc art. ad 4. Scotus in 1. disp. 4. quest. 1. Durand. quest. 2. ad 2. Gabr. quest. vniq. art. 3. Marsilius in 1. q. 8. art. 3. ad 4. tametis S. Thom. & Gabriel affirmant, cum verum seuum habere posse, videlicet si nomen, Deum, appositum, & vox alium, substantiae sumatur: sicut enim sensus est, Deus genuit alium, qui est Deus: recte autem dicimus alium, quia hoc adiectiuum maiusculi denotat personam, ut disputat. 130. cap. 1. notauimus. Veruntamen hic sensus, & modus loquendis status non est, nec obflat, quod dixit Christus. Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis; nam nomen paraclitus: est adiectiuum, & ideo multiplicari potest: sequi enim potest numerum personarum, ut praedictum est disp. 155. c. 8. iuxta quam doctrinam dicimus tres

Nicetas.

34.

Capreol.

Caieranus.

35.

Hugo Vict.
S. Thom.
Scotus.
Durand.
Gabriel.
Marsilius.

Ioan. 14.

omnipotentes, & dicere possemus tres paraditos. Non ergo mirum, si dicat Christus, & alium paraclitum dabit vobis. Atque hinc mentio supra deducimus c. 4. nomen, deus, in ea propositione, deus generat deum, non supponi pro habente deicaten, nec idem esse omnino cum illo.

Quocirca secundo dicere potius debemus, deus genus eundem deum, si enim non denotatur identitas in persona, sed in natura, quam nomen, deus, significat: ut enim docet Scotus quest. illa 1. ad 1. ex Artib. 10. Metaph. text. 12. id est & diversum, aut aliud sine illo medio opponuntur, ac proxime quicquid non est aliud ab aliquo, est idem cum illo: ergo si Deus genuit deum, & non aliud deum, consequitur genuisse eundem deum.

Tertio omnes Doctores citati recte notant, non esse veram hanc propositionem, deus genuit deum, quia pronomen reciprocum, & denotat identitatem suppositi generantis & geniti; ac proinde tollens omnem distinctionem, tam ex parte naturae, quam suppositi, salam reddit propositionem siquidem, ut Deus dicatur generare deum, saltem suppositorum distinctione necessaria est. Quare neque in humanis, neque in diuinis dicitur alius nisi generare seipsum. Sed hinc non licet colligere, ergo Deus genuit aliud deum, eo quod si non genuit se deum, generare debuit aliud deum: licet idem & aliud sine medio opponuntur, hoc igitur non recte colligi probat Durand. qui licet idem, & diversum seu aliud sine medio opponatur, id tamen intelligitur, si referatur ad idem, hoc est, aut solum ad essentiam, aut solum ad personas si autem ad vitrum simul, non perfundit sine medio opponi, & dividere ens; sicut nomine, deus, in hac propositione, deus genuit deum, tam ex parte subiecti, qua ex parte praedicati supponitur pro persona, & essentia finali: atque idcirco (inquit) nec dicere possemus, deus genuit deus, quia tollimus distinctionem per divisionem, nec deus genuit aliud deum, quia tollimus essentiam, nec deus genuit alium deum, quia tollimus distinctionem. Ex quo etiam inferit, nec dici posse, deus genuit alium deum, neque eundem deum, quia idem lequitur absurdum.

At certe fruola est ratio durandi, nam nomen, deus, ut haec tenus probatum est, plane loppontur pro individuo concreto natura. Quare, sicut non licet dicere, genuit aliud deum, quia distinctionem naturæ significamus, sic etiam licet dicere, deus genuit eundem deum, quia solum identitas naturæ significatur. Imo licet dicere, deus genuit eundem deum secum, in quo solum identitas naturæ significatur inter genitum & genitorem; particula vero secum, non confundit personas, sed denotat identitatem deitatis in Deo genito cum persona generante, cum qua renata filius idem Deus est. Verum cum dicimus, deus genuit se deum, significamus eandem personam seipsum: genitum: id enim deo coagulato existimat, dici non posse, deus genuit deum, neque deus genuit se.

Explicit autem dupliciter S. Thom. in hoc articulo ad 4. August. in epist. 66. que est ad Maximinum, cum assertit, Deum Patrem genuisse alterum. Inquit igitur, aut pronomen, & se, elle in causa inferendi, & sensus est, genuit alterum deo, significatur personarum distinctionem: aut esse in causa accusandi, & ita facere simpliciter relationem, et enim solum identitatem naturæ, non personæ, & inquit

inquit sensum esse, genuit alterum sibi maxime similem, hoc est, eiusdem secum naturae: sicut amicus dicere solet de amico, est alter ego, propter maximum unionem voluntatum. Posterior sensus videtur secundum mentem Augustini, qui figuratus & impro prius est, ut notavit S. Tho, ibid. Canariensis vero 3. parte commentatori referret Augusti 3. lib. ad Maximinum c. 14. haec contraria verba, Deus genuit, quod ipse est, & non alterum se. Verum liber ille non est ad Maximinum, sed contra Maximinum: verba autem citata à Canariensi ita eo capi- temuente non potuit.

Quarto vi optime obseruauit S. Doctor in solut. 5. argum. falsa est haec propositio, Deus genuit Deum, qui est pater, aut qui est Deus Pater: nam quamvis idem Deus, qui est individuum concretum Deitatis sit generans & genitus, in ea tamen propositione nomen, Deus, ita restringitur ratione ad unum, ut supponatur pro persona patris. Sic autem falsa est propositio, nam si dicamus, Deus genuit Deum Patrem, & vox Patrem, sit appositive, erit falsa propositio: quia determinatur nomen, Deus, ut supponatur pro parte: atque idem omnino videatur sensus utrinque: ergo & prior propositio erit falsa. Cum S. Thom. conuenient Gregor. in 1. d. 4. qu. 1. ad vlt. & Durand. q. 2. ad vlt. sed Durandus alia ratione putat, eam propositionem esse fallam, scilicet quia nomen, Deus, in ea propositione ex parte predicatorum supponitur pro filio, sic autem falsa est propositio: sensus cuius est, Deus genuit Filium, qui est pater. Sed fallitur Durandus, quia in ea propositione, Deus non ponitur pro Patre, sed cum alias pro individuo Deitatis ponetur, si non fieret illa appositive, ratione appositionis determinatur pro sola persona patris.

Addit S. Thom. si aliquid interponatur ratione cuius non fiat illa appositive termini notionalis, posse esse veram propositionem: ut si quis dicat, Deus genuit Deum, qui est Deus, qui est pater: tunc enim vox, Deus, videatur supponi pro individuo Deitatis, quia non apponitur ci terminus notionalis, & de illo vere dicitur, qui est Deus, qui est pater.

Deum Marcellus in 1. q. illa 8. art. 3. ad ultimum predicatorum, prædicatam propositionem, Deus genuit Deum, qui est Deus, qui non est pater, distinguit: aut enim sensus illius est, Deus genuit Filium, qui non est pater, quia tamen Pater est Deus, & hic sensus est verus: aut sensus est, Deus genuit deum, qui non est Deus, qui est Pater, & falsus est. Quia distinctione accepit ex Magistro in 1. d. 4. sed hi sensus pro voluntate solum exhibiti videntur, ideo mihi probatur id quod supra ex S. Tho, dixi circa prædicatam propositionem.

A RTICVLVS V.
Nam nomina essentialia in abstracto significata possunt supponere pro persona.

A Quintum sic proceditur. Videatur, quod nomina essentialia in abstracto significata possint supponere pro persona, ita quod haec sit vera, essentia generat essentiam. Dicit enim Augustinus 7. de Trinitate. Pater & filius sunt una sapientia, quia una essentia: singulatim sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia.

2. Præterea Generatis nobis vel corru-
Vasquez in 1. p. Tom. 2.

ptis, generatur vel corruptum ea quæ in nobis sunt: sed filius generatur. Ergo cum essentia diuina sit in filio, ut detur quod essentia diuina generetur.

3. Præterea. Idem est Deus & essentia diuina, ut ex supra dictis patet. Sed haec est vera, Deus generat Deum, sicut dictum est. Ergo haec est vera, essentia generat essentiam.

4. Præterea. De quoquaque predicatorum aliiquid, potest supponere pro illo. Sed pater est essentia diuina. Ergo essentia potest supponere pro persona patris. Et sic essentia generat.

5. Præterea. Essentia est res generans, quia est pater qui est generans. Si igitur essentia non sit generans, erit essentia res generans & non generans: quod est impossibile.

6. Præterea. August. dicit in 4. Trinit. Lib. 4. de Trinitate. Pater est principium totius deitatis: sed non est principium nisi generando vel spirando. Ergo pater generat vel spirat deitatem.

Sed contra est quod August. dicit in 1. Lib. 1. de Trinitate. c. 1. antemeritum. quod nulla res generat seipsum. Sed si essentia generat essentiam, non generat nisi se ipsum, cum nihil sit in Deo quod distinguitur à diuina essentia. Ergo essentia non generat essentiam.

Respondeo dicendum, quod circa hoc errauit Abbas loachim, afferens quod sicut dicitur, Deus genuit Deum, ita potest dici quod essentia genuit essentiam, considerans quod propter diuinam simplicitatem non est aliud Deus quam diuina essentia. Sed in hoc deceptus fuit, quia ad veritatem locutionum non solum oportet considerare res significatas, sed etiam modum significandi, ut dictum est. Licit autem secundum rem sit idem Deus quod deitas, non tamen est idem modus significandi utroque: Nam hoc nomen, Deus, quia significat diuinam essentiam ut in habiente, ex modo sua significationis naturaliter habet, quod possit supponere pro persona. Et sicut ea quæ sunt propria personarum, possunt prædicari de hoc nomine Deus, ut dicatur, quod Deus est generans vel generans, sicut dictum est. Sed hoc nomen, essentia, non habet ex modo art. prec. suæ significationis, quod supponat pro persona, quia significat essentiam ut formam abstractam. Et ideo ea, quæ sunt propria personarum, quibus ad inuicem distinguuntur, non possunt essentiae attribui. Significaretur enim quod esset distinctione in essentia diuina, sicut est distinctione in suppositis.

Ad primum ergo dicendum, quod ad

Z 3 ex

exprimendam unitatem essentia & personæ, S. Doctores aliquando expressius locuti sunt quā proprietas locutionis patitur. Vnde huiusmodi locutiones non sunt extendendæ, sed expendendæ, ut sc. nomina abstracta exponant per concreta, vel etiam per nomina personalia, ut cum dicitur, essentia de essentia, vel sapientia de sapientia sit sensus, filius qui est essentia & sapientia, est de patre: qui est essentia & sapientia. In his tamen nominibus abstractis est quidam ordo attendendus: quia ea quæ pertinent ad actum, magis propinque se habent ad personas, quia actus sunt suppositorum. Vnde minus impropria est ista, natura de natura, vel sapientia de sapientia, quam essentia de essentia.

Ad secundum dicendum, quod in creaturis generatum non accipit naturam eadem numero quam generans haberet, sed aliam numero, quæ incipit in eo esse per generationem de novo, & desinit esse per corruptionem. Et ideo generatur & corruptitur per accidens. Sed Deus genitus eandem naturam numero accipit, quam generans haberet. Et ideo natura diuina in filio non generatur, neque per se, neque per accidens.

Ad tertium dicendum, quod licet Deus & diuina essentia sit idem secundum rem, tamen ratione alterius modi significandi, opportet loqui diuersimodè de vtroque.

Ad quartum dicendum, quod essentia diuina praedicatur de patre per modum identitatis, propter diuinam simplicitatem: nec tamen sequitur quod possit supponere pro patre, propter diuersum modum significandi. Ratio autem procederet in illo, quorum unum prædicamus de altero, sicut vniuersale de particulari.

Ad quintum dicendum, quod hæc est differentia inter nomina substantiua & adiectiva, quia nomina substantiua ferunt secum suum suppositum, adiectiva vero non, sed rem significatam ponunt circa substantiū. Vnde sophistæ dicunt quod nomina substantiua supponunt, adiectiva vero non supponunt, sed copulant. Nomina igitur personalia substantiua possunt de essentia prædicari propter identitatem rei. Neque sequitur quod proprietas personalis distinctam determinet essentiam. Sed ponitur circa suppositum importatum per nomen substantiū. Sed notionalia & personalia adiectiva non possunt prædicari de essentia, nisi aliquo substantiū adiuncto. Vnde non possumus dicere quod essentia est ge-

nerans: possumus tamen dicere quod essentia est res generans, vel Deus generans, si res & Deus supponant pro persona, non autem si supponant pro essentia. Vnde non est contradictione, si dicatur, quod essentia est res generans & non generans: quia primo res tenetur pro persona, secundum pro essentia.

Ad sextum dicendum, quod deitas quantum est una in pluribus supponit, habet quandam conuenientiam cum forma nominis collectui. Vnde cum dicatur pater est principium totius deitatis, potest sumi pro vniuersitate personarum: in quantum, scilicet in omnibus personis diuinis ipse est principium. Nec oportet quod in principium sui ipsius, sicut aliquis de populo dicitur rex totius populi, non tamen sui ipsius. Vel potest dici quod est principium totius deitatis: non quia eam generet & spirat, sed quia eam generando & spirando communicat.

Notationes circa articulum.

Hanc quartam, proposuit S. Thomas, ut examinetur, an vera esset hæc propositio, essentia generans, ut colligitur ex argumento. Est autem conclusio negans, & de fide: circa quam fuit error Iosaphati Abbatis damnatus in Concil. Lateran. sub Innocent. 3. & refertur in c. damnamus, de summa Trinitate & fide Catholica. Afterbar enim, essentiam diuinam generare & generari; id quod ante damnatum quoque videtur in Concil. Tolent. in confessione fidei, vbi dicitur, si quis dixerit deitatem nascibilim esse, anathema sit: idem autem est nascibilis esse deitatem, atque generari.

Canariensis quoque reprehendit Holcot, quod dixit, in suis determinationibus q. 10. dub. 4. nullam esse rationem huius veritatis, quam Concilium contra Ioachimum definitum. Nam quo pacto Ecclesia id sine magna ratione decerneret? Verum ille author solus negavit, esse rationem naturalem huius veritatis: quod nihil esse non debet quando mysteria Trinitatis omnem rationem metuuntur superant: tamen nihilominus S. Thomæ in hoc art. Bonav. i. d. 5. art. 1. qu. 1. Sot. qu. 1. var. qu. 1. Bonav. Gavr. qu. 1. art. 2. Greg. q. 1. & Mar. in 1. q. 1. art. 1. dub. 4. nullam esse rationes afflant. Ponit illa quia inter genitum & genitorē debet esse distinctione realis: cum enim hinc oppositi relative non possint non realiter distinguiri: sed essentia diuina ab abstracte significata non potest distinguiri ab aliqua persona generante aut genitargo nec ipsa generare, nec generari potest; nihil enim scilicet generat. Quæ ratio vel falso lumine naturali contrahit, nonnulla enim omnibus est distinctio realis inter genitorem, & genitum.

Ratione quoque naturali probari potest, essentiam Dei extra se non posse ab aliquo realiter differre. Primum non ab alia essentia, quia vincitur in Deo est: deinde non à persona aliqua, ut probatum manet, disp. 120. c. 4. ergo nec potest essentia generari nec generare. Nam quod actiones non tribuuntur essentiis rerum abstracte significatis, sed solum suppositis, certum non est, vla-

3.p.S.Thom q.1.art.2. ostendemus. Quare, si non repugnaret essentiam diuinam generari & generare ratione iam dicta, etiam si abstracte significaretur, dici posset generare, & generari.

*ut sit dicimus
essentia com-
municatur
non autem
percuratur.*

Secundo nota recte dici, *essentia communicatur*, tametsi dici nequeat, *essentia generatur*, nam, ut ait Scorus loco citato, in responseione ad argumentum, versiculo, *ad rationem illam decommunicare*, loge difserunt communicare, & producere seu generare; namque producere & generare denotat realem relationem inter producentem & productum, inter genitorem & genitum tantum; ac proinde postulat distinctionem inter producentem & productum, etiam inter genitorem & genitum, quae inter essentiam & aliquid aliud, quod sit in Deo, esse non potest, arq; idcirco non dicemus, *Essentia generat*, *Essentia generatur*: at vero communicare etiam per realem productionem, preter relationem realem, quam significat ad rem productam, sicut ad id, cui aliquid communicatur, denotat etiam relationem rationis, ad id: quod producit communicatur. Que sane relatio inter id, quod communicatur & communicat, non exigit distinctionem realem, cum ipsa sit relatio rationis. Quare recte dicitur, *essentia communicatur*, hoc enim modo loquendi solu significatur relatio rationis inter personam qui communicat, & essentiam communicatam: cum tamen non dicamus, *essentia generat*, quia sic denotamus distinctionem realem inter essentiam & aliquid aliud, quod generat.

Quinimum recte docuit Marfil, illa 9. art. 2. candem fere rationem Scotti sequutus, recte dici posse aliquid seipsum communicare, quia hoc modo loquendi solu denotatur relatio rationis inter eum, qui communicat, & eum, qui communicatur. Hac igitur ratione, licet persona ab essentia non distinguitur, nec dicatur illam producere, dicitur tamen illam communicare, hoc solo, quod aliam personam producit in eadem essentia. Ceterum essentia non dicitur seipsum communicare, quia id, quod se communicat, producere debet aliquid aliud, cui se communicet: essentia autem non producit aliquid, cui se communicare possit.

Tertio obseruandum est cum Scoti in eadem q. verba quae significant actus notionales, vt generare, generari, non posse praedicari de essentia abstracte significata in sensu (vt aiunt) identico, sicut dicimus essentia est persona: quia verba notionalia hos actus significant per modum formae adiacentis, & ideo tempore formaliter accipiuntur, sicut ut quecumque nomina adiectiva: praedicantur igitur semper ex vi sue significacionis in sensu identico. Hic enim sensus exprimit potest verbo substantiuo, sum, et, que omnia nota sunt disp. 119. cap. 2. & 137. c. 3. vbi multa alia diximus circa varias in mysterio Trinitatis predicationes.

Addit S. Thom. in hoc art. auctum notionalem vere praedicari de essentia abstracte significata, adit aliquo nomine substantiuo ex parte subiecti, ut si dicamus, *essentia est res*, que generatur aut *essentia est Deus*, qui generat: in his enim propositionibus iverque sensus includitur, & identicus in priori parte eorum, & formalis in posteriori. Perinde enim est, ac si dicamus, *essentia id est secundum rem cum persona vel Deo, qui generat*: Id autem intelligit S. Thom. si iuxta ea, que superius tradidit,

res aut Deus, supponantur pro persona. Nihilominus eodem modo dici posset, si supponatur pro concrero deitatis; quia de illo etiam vere praedicantur actus notionales, ut superiori disp. ostendimus. An vero essentia sit principium formale generationis, & terminus formalis illius, dicemus disp. 162.c.3.

45.

Postremo notandum est, Patres, imo & Concilia, ut aliquando nominib. abstractis, ut denotent originem unius ab alio, ut vidimus superiori disp. c. 6. cum dicunt lumen de lumine lucem de luce, sapientiam de sapientia, essentiam de essentia, &c. recte tamen adibonei S. Tho. in solutione primi has locutiones exponderent esse in hunc sensum, ut nomina abstracta pro concretis exponantur, vel per nomina personalia hoc modo, *Filius, qui est sapientia, est de patre qui est sapientia, &c.* testimonia vero Patrum habemus in eo c. 6.

Ceterum Patres Concilij Tolet. 15. sub Flanio Egica Rege, & Juliano Archiepiscopo inter alia 15. docuerunt hanc propositionem, secundum essentiam voluntas genitum voluntatem in libro quodam de tribus substantiis, quem per Petrum Regionarium Romanæ Ecclesiæ ad Papam Benedictum 2. misserunt. Quam propositionem Pontifex non quidem in scriptis, sed verbo tantum ante biennium notauerat, & ut de hac sua notatione Patres Concilij certiores fierent verbo etiam iniunxit. Patres vero libello quodam Pontifici responderunt quo. Prepositiones responsum habemus in eo Concilio Toletano 15. in nota compilatione Conciliorum Hispaniae. Verba autem notaciones sunt haec, *Naturales ordine cognoscimus, quia verbum ex mente originem dicit, sicut ratio & voluntas de mente procedit, ita & mens de verbo aut voluntate, & ex ista comparatione visum est Romano Pontifici voluntatem ex voluntate non posse dici. Vbi valde obseruandum est, propositionem hanc, voluntas de voluntate non sive notatam à Pontifice, quod Patres illi vtererintur abstractis pro concretis, neque quia dicerent voluntatem genitam, sed quia dicerent voluntatem genitam ex voluntate. Quod si dixissent sapientiam genitam ex mente, eam non notasset pontifex; quia sapientia originem haber ex mente, & voluntas etiam ex mente, sed voluntas ex voluntate non est, nec mēs ex mente.*

Patres vero Concilij acute excusantiam suam propositionem, ut in eo concilio fuisus referunt, non curantes interim de abstractis & concretis. Excusant autem hoc ratione, quia non dixerint eam propositionem cum additamento. Secundum comparationem humanae mentis, seu secundum relationem, sed secundum essentiam: dicunt vero, secundum comparationem humanae mentis, hoc est, secundum appropriationem: hic enim sensus ex verbis Concilij manifeste colligitur, ita ut mens approprietur patri, voluntas autē Spiritui S. inquit enim Concilium inter alia de nominibus aliqui communibus & essentialibus. Sed hic singula singulis secundum comparationem humanae mentis contenti in unumque: que, quod ex eis unus dicitur, aliis penitus non dicatur, scilicet & relatio vocabulo pater nominans non est ipse, quia filius. Excusant igitur se Patres, quod non dixerint voluntatem genuit voluntatem secundum comparationem humanae mentis, id est, secundum appropriationem: sic enim sensus esset, Spiritum S. genuisse Spiritum S. quod est absurdum, & hoc modo

Z 4

47.

modo intellexit Pontifex propositionem: quia absurdum purabat voluntatem esse ex voluntate, cum potius sit voluntas ex mente. Simebant enim Patres Toletani voluntatem pro actu, non pro facultate ipsa, ut ibidem constat. Quare Pontifex non damnaret hanc propositionem, *Voluntas est ex mente, seu sapientia ex mente.*

Deinde addun Patres Toletani se dixisse voluntatem ex voluntate secundum essentiam, iuxta doctrinam Aug. 15. de Trin. ca. 2. vbi filium appellat sapientiam de sapientia, consilium de consilio, essentiam de essentia; quia in Deo essentia, consilium & sapientia sunt idem secundum essentiam, & filius haec omnia habet ex patre. Huius rei historiam scripsit Rodericus Arzhepisc. Toletan. lib. 3. c. 13. *Historia Hispanie*, vbi narrat, libro de hac re conscripto satif. & cum fuisse Pontifici.

August.

Roderic.

ARTICVLVS VI.

Virum persona possint predicari de nominibus essentialibus.

207.
1. d. 48 qu. 2.
art. 2. ad 5.

AD sextum sic proceditur. Videatur, quod personæ nō possint predicari de nominibus essentialibus concretis, ut dicatur, Deus est tres personæ, vel est Trinitas. Haec enim est falsa, homo est omnis homo: quia pro nullo suppositorum verificari potest. Neque enim Socrates est omnis homo, neq; Plato, neq; aliquis alius. Sed similiter ista Deus est Trinitas, pro nullo suppositorum naturæ diuinæ verificari potest. Neque enim pater est Trinitas, neque Filius, neque Spiritus S. Ergo haec est falsa, Deus est Trinitas.

2. Præterea. Inferiora non prædicantur de suis superioribus, nisi accidentaliter prædicatione: ut cum dico animal est homo. Accidit enim animali esse hominem. Sed hoc nō est Deus, sed habet ad tres personas, sicut cōmune ad inferiora, ut Damascenus dicit. Ergo videtur quod nomina personarum non possunt prædicari de hoc nomine Deus nisi accidentaliter.

Sed contra est, quod Augustinus dicit in lib. de fide ad Petrum, Credimus unum Deum, unam esse diuini nominis Trinitatem.

Respondeo dicendum, quod (sicut iam dictum est) licet nomina personalia vel notionalia adiectiva non possunt prædicari de essentia: tamen substantiæ possunt propter realē identitatem essentiæ & personæ. Essentia autem diuina non solum idem est realiter cum una persona, sed cum tribus. Vnde & una persona & duæ & tres possunt de essentia prædicari, ut si dicamus. Essentia est pater & filius & Spiritus sanctus. Et quia hoc nomen, Deus, per se habet, quod supponat pro essentia (ut dictum est) ideo sicut haec est ve-

ARTIC. VI.

ta, essentia est tres personæ, ita haec est vera, Deus est tres personæ.

Ad primum ergo dicendum, quod (sicut supra dictum est) hoc nomen, homo, Per se habet supponere pro persona, sed ex adiuncto habet, quod stet pro natura communis. Et tunc haec est falsa, homo est omnis homo: quia pro nullo supposito verificari potest. Sed hoc nomen Deus, per se habet quod stet pro essentia. Unde licet pro nullo suppositorum diuinæ naturæ haec sit vera, Deus est Trinitas, est tamen vera pro essentia. Quod non attendens Porretanus eam negavit.

Ad secundum dicendum, quod cum dicitur, Deus vel diuina essentia est pater, est prædicatio per identitatem, non autem sicut inferioris de superiori: quia diuinis nō est univertale & singulare. Unde sicut est per se ista, pater est Deus, ita & ista, Deus est pater: & nullo modo per accidens.

Notationes circa Articulum.

CONCLUSIO articuli est affirmans: circa diuinam vero totius articuli quedam obseruatione digna sunt.

Primo connatur Canariensis questionem articuli propositam fuisse contra Gilbertum, qui serebat hanc esse falsam propositionem, *Divinitas persona*; eo quod Deus supponatur pro qualunque persona: falsum autem est dicere, *quicunque persona est tres personæ*. Hoc idem videtur proponere Sanctus Doctor in 1. argum. Verum, vi regimur dipl. 120. c. 1. Gilbertus solum docet, Deū aliquando ponit pro essentia & tunc concedendum esse simpliciter, Deū etsi suam deitatem, quia sic Deus ex natura rei ab eis non distingueatur: aliquando vero supponit pro persona, & tunc dicuntur non posse, *Deus est sua deitas*, quia persona à deitate ex natura rei distingueatur. Quare eodem modo negaret hanc propositionem, *Deus est trinitas*, si Deus, supponeretur pro essentia: at si supponeretur pro personis, eam concederetur in aliquo sensu, quando nimirum pro omnibus collectivè posueretur: nam si pro aliqua ratione, eam sine dubio negaretur, sicut etiam Thomistæ.

Secundo nota circa solutionem secundi hanc propositionem, *Deus est pater*, etsi per se in aliquo modo assignato ab Aristotele. 1. Posterior 14. 4. vt docet S. Thom. in ea solutione. Nam sicut supra docuit q. 27. art. 3. ad 2. in perfectione aliud est continentur, quod sit verbum, loquitur autem S. Doctor de hac propositione, ut est in nostro intellectu: propositione enim non est extra intellectum. Quare decipiuntur Thomistæ, qui dicunt illud: *per se*, ut est in intellectu.

Ceterum videndum est, quare hanc propositione sit per se. *Canar.* in hunc articulo, diffinitio in 2. pars censet, nullam prædicationem de Deo est per accidens: prædictam tamen propositionem esse per se, in sensu tametibi identic, quod indicare videtur Sanctus Doctor in solutione 1. Deut. de Canariensis addit, eam prædicationem non esse

esse proprie inferioris de superiori, ut dixit etiam B. Thomas effect enim per accidentem, sicut haec animal est homo: accedit enim superiori in hoc vel illo inferiori reperi: in diuinis quoque non est inferior & superior, quia non est uniuersale & particulae, quamvis sit commune secundum rem, & incommunicabile.

Dicitur de essentia in aliis. pater per se in sensu formaliter.

Verum distinguendum mihi videtur. Nam si de essentia abstracte loquamur, ut videtur loquutus S. Thom. in solutione illa, non potest esse propositio per se in alio sensu, quam idem: ut si dicamus, diuinitas est pater: ei namque etiam hoc modo conuenit per se, idem est cum patre; tametsi formaliter de illo non praediceatur iuxta notata disp. 136. c. 3. At vero, si sermo sit de essentia concrete significata hoc nomine, Deus, propositio est per se in sensu formaliter, ac proinde ei licet addere particulam, in quantum, & secundum quod ipsum, hoc modo, Deus secundum quod Deus, vel in quantum Deus est pater. Nam ut recte notauit Durand. in 1. dist. 12.

Particula in q. 1. n. 6. Arist. t. poster. c. 4. particula, In quantum secundum quod ipsum. & per se, idem significant, & eodem modo propositionem afficiunt: quare non folium adduntur, quando aliquid, quod est de conceptu formaliter subiecti, & illi aequaliter conuenit, ut illo praedicatur, ut ratione de hominie, verum etiam, cum aliquid de alio dicitur, quod per se respicit in aliquo modo dicendi per se; vel quia est de essentia, & sic praedicatur in primo modo, ut cum dicimus, homo, in quantum homo, est animal, vel, est rationale; secundo vero modo, cum propria passio de subiecto dicitur, vel subiectum est de essentia praedicari, ut homo, in quantum homo, est ratisibilis. Et ad hunc modum existimo pertinet propositio illa, Deus in quantum Deus est Pater, hoc est, Deus per se est Pater: quia subiectum est de essentia praedicationis, non contra. Pater enim non comparatur Deo ut de essentia illius, sed ut persona per se illi conuenient, & necessario; contra vero Deus est de essentia Patris, &c. usus eiusdem personae: quare haec propositio, pater est Deus, est in primo modo dicendi per se. Est etiam quadam differentia notanda inter has propositiones, quod haec, pater est Deus, est directa propositio, quia ex parte praedicationis ponitur id, quod habet rationem formae respectu subiecti, illa vero, Deus est pater, videtur habere speciem indirectam, quia quod est ex parte subiecti, habet potius rationem formae, quam id, quod ponitur ex parte praedicationis.

Verum enim uero, quamvis praedicti propositiones addere possimus notas illas perfectitas, in quantum, & secundum quod ipsum, & per se: tamen dicere non licet, Pater eo est Pater, quo Deus, & eo est Deus, quo pater, & de aliis personis similiter: hoc enim modo loquendi, quo vñus est Aug. lib. 7. de Trinitat. cap. 2. significamus, non tantum praedicatum per se conueniente subiecto, sed etiam eodem formaliter constituti subiectum & praedicatum in ratione talis, quod est falsum. Ideo Aug. dixit, verbum non esse eo sapientiam, quo est verbum, quia alia ratio formalis est sapientiae alia verbis, ut verbum est. Inepit tamen quidam putant, ibi tantum posse apponi particulam, in quantum & secundum quod ipsum, vbi praedicto modo loquendi August. solum vñi postulamus: id enim esse fallum ex dictis manifestum est.

Hinc etiam intelligitur id, quod docuit S. Th. q. 8. de potentia art. 2. ad 6. cum ait, illud praedicari

per se de alio, quod praedicatur secundum propriam illius rationem: non enim significat, illud solum per se de alio dici, quod est de essentia illius: sed etiam id, quod illi conuenit secundum propriam rationem illius. Huiusmodi est propria passio, quae subiecto conuenit secundum propriam rationem illius, vel secundum quod tale est. Quare licet parentitas non sit de conceptu formaliter essentiae Dei, nihilominus Pater per se praedicatur de Deo, & secundum quod Deus est.

Tertio notat *Canar.* in hoc art. hanc propositionem, Deus creat, non esse propositionem per accidentem: quia nihil de Deo accidentarie potest praedicari. Probar primo ex Aug. 5. de Trinit. cap. 5. vbi ait, in deo autem nihil quidem secundum acciderit, quia nihil in eo est mutabile. Secundo creatio aeterna, a qua Deus dicitur creare, est ipsa substantia Dei; ergo non praedicatur accidentarie de Deo. Quod si dicas, Deum appellari creatorem a relatione rationis, quae ipsi adeat, & abesse possit; ac proinde per accidentem dici creatorem, obiicit *Canar.* q. 1. n. 6. Arist. t. poster. c. 4. particula, In quantum secundum quod ipsum. & per se, idem significant, & eodem modo propositionem afficiunt: quare non folium adduntur, quando aliquid, quod est de conceptu formaliter subiecti, & illi aequaliter conuenit, ut illo praedicatur, ut ratione de hominie, verum etiam, cum aliquid de alio dicitur, quod per se respicit in aliquo modo dicendi per se; vel quia est de essentia, & sic praedicatur in primo modo, ut cum dicimus, homo, in quantum homo, est animal, vel, est rationale; secundo vero modo, cum propria passio de subiecto dicitur, vel subiectum est de essentia praedicari, ut homo, in quantum homo, est ratisibilis. Et ad hunc modum existimo pertinet propositio illa, Deus in quantum Deus est Pater, hoc est, Deus per se est Pater: quia subiectum est de essentia praedicationis, non contra. Pater enim non comparatur Deo ut de essentia illius, sed ut persona per se illi conuenient, & necessario; contra vero Deus est de essentia Patris, &c. usus eiusdem personae: quare haec propositio, pater est Deus, est in primo modo dicendi per se. Est etiam quadam differentia notanda inter has propositiones, quod haec, pater est Deus, est directa propositio, quia ex parte praedicationis ponitur id, quod habet rationem formae respectu subiecti, illa vero, Deus est pater, videtur habere speciem indirectam, quia quod est ex parte subiecti, habet potius rationem formae, quam id, quod ponitur ex parte praedicationis.

Ceterum ego distinguendum esse censeo; aut enim loquimur de accidenti, quod dicitur praedamentum, hoc est, quod realiter inheret subiecto, de quo praedicatur, & hoc pacto non est accidentaria praedicatione illa, Deus creat, quia nullum est in Deo accidentis, & de hoc tantum viderur loquutus Augustinus: aut loquimur de accidenti praedicationis, hoc est, de eo, quod praedicari potest de subiecto, & negari, in tanta manente natura & substantia subiecti, & hoc modo illa propositione est per accidentem, quia Deus potest creare & non creare. *Augustinus;*

Hac autem denominatio tribuitur Deo ab extrinseco, hoc est, a creatura, atq; hinc soluitur etiam secundum argumentum.

Ad tertium dicimus, eam non esse propositionem per se, etiam si effectus praedicetur de propria causa. Vi enim sit per se in quarto modo, debet esse necessaria, nam quod est per se, etiam in eo modo, distinguuntur ab eo, quod accidentarie praedicatur, ut ait Arist. t. poster. c. 4. Tum etiam de propositionibus in quarto modo per se potest esse scientia, ut resolvit Arist. ibid. de contingentib. autem & non necessariis non potest esse scientia; estigitur in 4. modo dicendi per se illa propositione, quan ipse afferit, *Iugularis interjet;* & similiter erit haec, *Quidquid creaturæ deo fit, haec namque sunt necessaria;* & de aliis simili modo.

ARTICVLVS VII.

Verum nomina essentia fiant approprianda personis.

Ad septimum sic proceditur. Videlicet, quod nomina essentia ²⁶⁸ _{1. 4. 3. 1. 2. 4. 1.} non sunt approprianda personis. _{art. 2.}

Quod enim potest vergere in errorem fidei vitandum est in diuinis, quia *Habetur in Mag. H. sent.* lib. 4. d. 3. 12. *vt Hieronymus dicit, ex verbis inordinante prolati incurrit hæresis. Sed ea quæ sunt*

sunt cōmūnia tribus personis appropria-re alicui, potest vergere in errorē; quia potest intelligi, quod vel illi tantum per-sona conueniant cui appropriantur, vel quod magis conueniant ei quam aliis. Er-go essentialia attributa non sunt appro-prianda personis.

¶ Præterea. Essentialia attributa in abstrācto significata significant permodūm formā. Sed vna persona non se habet ad aliam ut forma: cum forma ab eo cuius est forma, supposito non distingua-tur. Ergo essentialia attributa, maxime in abstrācto significata, non debent appro-priari personis.

3. Præterea. Proprium prius est appropriato. Proprium enim est de ratiōne appropriati. Sed essentialia attributa secun-dum modūm intelligēdi sunt priora per-sonis, sicut commune est prius proprio: ergo essentialia attributa non debet esse appropriata.

Sed contra est quod Apostolus dicit. 1. Cor. i. Christum Dei virtutem & D e i sapientiam.

Respondeo dicendum, quod ad mani-festationem fidei conueniens fuit es-sentialia attributa personis appropriati. Li-cet enim Trinitas personarum demon-stratione probari non possit (vt supra di-cūtum est) conuenit tamen, ut per aliqua-magis manifesta declaretur. Essentialia vero attributa sunt nobis magis manife-sta secundū rationē, quam propria per-sonarum; quia ex creaturis ex quibus co-gnitionem accipimus, possimus per certi-tudinem deuenire in cognitionem es-sentialium attributorum, non autem in co-gnitionem personalium proprietatum, vt supra dictum est. Sicut igitur similitu-dine vestigii vel imaginis in creaturis in-uenta vtimur ad manifestationem diu-narum personarum, ita & essentialib⁹ attributis. Et hæc manifestatio personarum per es-sentialia attributa appropriatio nominatur. Possunt autem manifestari persona diuina per essentialia attributa dupliciter. Vno modo per viam similitu-dinis, sicut ea quæ pertinet ad intellectū appropriantur filio, qui procedit per modūm intellectus, ut verbum. Alio modo per modūm dissimilitudinis: sicut poten-tia appropriatur patri (vt Augustin. dicit) quia apud nos patres solent esse propter senectutem infirmi, ne tale aliquid suspi-cemur in Deo.

Ad primum ergo dicendum, quod es-sentialia attributa non sic appropriantur personis, ut eis esse propria asterantur, sed

ARTIC. VIII.

ad manifestandum personas per viam li-miltudinis vel dissimilitudinis: vt dictum est. Vnde nullus error fidei sequitur, sed la-magis manifestatio veritatis.

Ad secundum dicendum, quod si se appropriarentur es-sentialia attributa per-sonis quod es-sent eis propria, sequeretur quod vna persona se haberet ad aliam habitudine formā: quod excludit Aug. in 6. de Trinit. ostendens, quod paternus est sapientia quam genuit, quasi filius filius sit sapientia, ut sic pater & filius simul tan-tum possint dici sapientia, non autem pa-ter sine filio. Sed filius dicitur sapientia patris, quia est sapientia de patre sapien-tia. Vterque enim per se est sapientia & simul ambo vna sapientia. Vnde patre non est sapiens sapientia quam genuit, sed sapientia quæ est sua es-sentia.

Ad tertium dicendum, quod licet es-sentialia attributum secundum rationē propriā sit prius quam persona secundum modūm intelligendi: tamen inquantum habet rationē appropriati, nihil prohibet propriū personā esse prius quam ap-propriatum. Sicut color posterior est cor-pore, inquantum est corpus: prius tamen est naturaliter corpore albo, inquantum est album.

CONCLVS I oest: Licet essentialia re ipsa equa-
dam vni persone, quadam alteri accommodantur, si va-litus eas cognoscamus, que accommodatio dicitur appropriatio.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum conuenienter à sacris Doctribus sive es-sentialia personis attributa.

A Doctauum sic proceditur. Vide-tur, quod inconvenienter, à sacris Doctribus sint essentialia perfe-c-tionis attributa. Dicit enim Hilarius 2. de Trin. Eternitas est in Patre, species in Imagine, v̄sus in munere. In quibus ver-bis ponit tria nomina propria per sonari, scilicet nomen patris, & nomen Imaginis, quod est proprium Filio (vt supra dictum est) & nomen munericis donum, quod est proprium Spiritus sanctus (vt supra habitum est.) Ponit etiam tria appropriata. Nam æternitatem appropria Patri, speciem Filio, v̄sum Spiritu sancto. Invidetur quod irrationaliter. Nam æter-nitas importat durationem essendi, p̄ce-ries vero est essendi principium, v̄sus vero ad operationem pertinere videtur. Sed es-sentia & operatio nulli personae appropriari inueniuntur. Ergo incon-uenienter videntur ista appropriata per-sonis.

¶ Præterea,

Art. 1. &c. in
fus tom. 3.
2. Præterea. Aug. in i. doctrin. Chri-
stiana sic dicit: In patre est uita, in filio
æqualitas, in Spiritu sancto æqualitas u-
nitatisque concordia. Et videtur quod
inconuenienter: quia una persona non de-
nominatur formaliter per id quod appro-
priatur alteri. Non enim est sapientia pater
sapientia genita, ut dictum est. Sed sicut
Art. prec. ad
ibidem subditur. Tria haec uolum omnia
sunt propter patrem, æqualia omnia propter
Filiū, connexa omnia propter Spi-
ritum sanctum. Non ergo inconuenienter
appropriantur personis. Item secundum
Augustin. Patri attribuitur potentia, Fi-
lio sapientia, Spiritui sancto bonitas. Et
videtur hoc esse inconuenienter. Nam vir-
tus ad potentiam periret. Virtus autem
inuenitur appropriari filio, secundum illud
ad Cor. i. Christum Dei virtutem.
Et etiam Spiritui sancto secundum illud
Luc. 6. Virtus de illo exibat & sanabat o-
mnes. Non ergo potentia patri est appro-
prianda.

lib. 6. de
Trin. 10.
ibidem sum. 3.
Item Aug. in lib. de Trinit. dicit, Non
confuse accipiendum est, quod ait Apo-
stolus, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso: ex
ipso dices propter patrem, per ipsum pro-
pter filium, in ipso propter Spiritum sanctum. Sed videtur quod inconuenienter:
quia per hoc quod dicit in ipso, videtur
importari habitudo, causa finalis, quæ est
prima cauſarum, ergo ista habitudo cau-
ſe debet appropriari patri, qui est prin-
cipium non de principio.

ibidem sum. 3.
Item inuenitur veritas appropriari fi-
lio, secundum illud Ioan. 14. Ego sum via,
veritas & uita. Similiter liber uita, secun-
dum illud Psal. 3. In ea libri scriptum est
de me. Glos. t. apud patrem qui est caput
meum. Et similiter hoc quod dico, qui est
Quia super illud Iai. 65. Ecce ego ad gen-
tes, dicit gl. Filius loquitur qui di. it Moy-
si: Ego sum qui sum. Sed videtur quod
propria sine filii, & non appropriata. Nam
veritas secundum Augustinus in libro de
vera religione, est summa similitudo prin-
cipij ab illo omni diffimilitudine. Et sic
videtur quod proprie conueniat filio, qui
habet principium, Liber etiam uita vide-
tur proprium aliquid esse: quia significat
ens ab alio. Omnis enim liber ab aliquo
scribitur. Hoc etiam ipsum qui est vide-
tur esse proprium filio, quia si cum Moys
dicatur, Ego sum qui sum, loquitur Trini-
tas. Ergo Moyses poterat dicere, ille qui
est Pater & Filius & Spiritus sanctus, mi-
litat me ad vos. Ergo & ulterius dicere po-
terat ille qui est Pater & Filius & Spiritus
sanctus, misit me ad vos, demontrando
certam personam. Hoc autem est falsum.

Quia nulla persona est Pater & Filius &
Spiritus sanctus. Nō ergo potest esse com-
mune Trinitati, sed proprium Filii.

Respondeo dicendam, quod intellectus
noster qui ex creaturis in Dei cognitione
manu dicitur, oportet quod Deum con-
sideret secundum modum quem ex crea-
turis assumit. In consideratione autem a-
licuius creature quatuor per ordinem no-
bis occurunt. Nam primo consideratur
tes ipsa absolute, in quantum est ens quod-
dam. Secunda autem consideratio rei est
in quantum est una. Tertia consideratio
rei est secundum quod inest ei virtus ad
operandum & ad causandam. Quarta au-
tem consideratio rei est secundum habi-
tudinem quam habet ad causata. Vnde
haec etiam quadruplex consideratio circa
Deum nobis occurrit. Secundum igitur
primam considerationem qua considera-
tur absolute Deus secundum esse suum,
sic sumitur appropriatio Hilar. secundum
quam aternitas appropriatur patri, spe-
cies filio, visus Spiritui S. aternitas enim
in quantum significat esse non principia-
rum, similitudinem habet cum proprio
patris, qui est principium non de princi-
pio, species autem siue pulchritudo habet
similitudinem cum propriis filiis. Nam ad
pulchritudinem tria requiruntur. Primo
quidem integritas siue perfectio. Quæ e-
cim diminuta sunt, hoc ipso turpia sunt.
Et debita proportio siue consonantia.
Eitterum claritas. Vnde quæ habent co-
lorem nitidum, pulchra esse dicuntur.

Quantum igitur ad primum, similitu-
dinem habet cum proprio filii in quantum
est filius habens in se vere & perfecte na-
turam patris. Vnde ad hoc innundum
Aug. in sua expositione dicit, ubi scilicet
in filio, summa & perfecta uita est, &c.
Lib. 6. de
Trin. c. 10.
paulo à prim.
tom. 3.

Quantum vero ad secundum, conuenit
cum proprio filii in quantum est imago ex-
pressa patris. Vnde videmus quod aliqua
imago dicatur esse pulchra, si perfecte re-
presentat rem, quamvis turpem. Et hoc
tetigit Augustin. cum dicit, Vbi est tanta
conuenientia, & prima æqualitas, &c.

Quantum vero ad tertium, conuenit
cum proprio filii, in quantum est verbum,
quod quidem lux est, & splendor intelle-
ctus: ut Damasc. dicit. Et hoc tangit Aug.
Lib. 5. c. 8.
cum dicit, Tanquam verbum perfectum
parum antes
medium,
cui non desit aliquid, & ars quedam omni-
nipotentis Dei, &c. Vt si autem habet si
Loco nunc
proxime
vicio.
largo modo accipiendo viuum secundum
quod Vt comprehendit sub se etiam frui:
protrit yti est assumere aliquid in faculta-
tem voluntatis, & trui, est cum gaudio v-
ante med.

*Lib. 6. de
Trin. c. 10.
in medio.
Loco nunc
dicto.*

*Lib. 1. de do-
ctrin. Chriſt.
c. 5. in fine
tom. 3.*

*Lib. 1. de
doctr. Chriſt.
c. 5. in fine
tom. 3.*

ti, vt Aug. 10. de Trin. dicit. vſus ergo quo Parer & Filius ſe inuicem fruuntur conuenit cum proprio Spiritu ſancti. in quantum eſt amor. Et hoc eſt quod Aug. dicit, illa dilectio, delectatio, felicitas, vel beatitudiſo, vſus ab illo appellatus eſt. Vſus vero quo nos fruimur, ſimilitudinem habet cum proprio Spiritu ſancti in quantum eſt donum. Et hoc ostendit Aug. cum dicit, eſt in Trinitate Spiritus ſanctus, genitus, genitiq[ue] ſuauitas, ingeniti largitate atque vberitate nos vel creaturas perfundens. Et ſic patet quare eternitas, species, & vſus perfonis attribuuntur vel appro prientur. Non autem eſſentia vel operatio: quia in ratione horum, propter ſui communitatem, no[n] inuenitur aliiquid ſimilitudinem habens cum propriis perfonarum. Secunda vero conſideratio Dei eſt in quantum conſideratur vt vniuers. Et ſic Augustinus patri appropriat vnitatem, filio æqualitatem, Spiritui ſancto coordiam ſive conneſionem. Quæ quidem tria vnitatem importare manefſum eſt, ſed diſferenter. Nam vnitas dicitur abſolute, non praefupponens aliquid aliud. Et ideo appropriat patri qui non praefupponit aliquam perfonam: cum ſit principium no[n] de principio: æqualitas autem importat vnitatem in reſpectu ad alterum. Nam æquale eſt quod habet vnam quantitatem cum alio. Et ideo æqualitas ap propriatur filio qui eſt principium de principio. Connexio autem importat vnitatem aliquorum duorum. Vnde appropriatur Spiritui ſancto in quantum eſt à duobus: ex quo ſenſu etiam intelligi po tent quod dicit Augustinus tria eſſe vnum propter patrem, æqualem propter filium, conneſa propter Spiritum ſanctum. Ma nifestum eſt enim quod illi attribuitur vnum quodque in quo primo inuenitur, ſicut omnia inferiora dicuntur viuere propter animam vegetabilem, in qua primo inuenitur ratio vite in illis inferioribus. Vnitas autem statim inuenitur in perſona patris, etiam per impoffibile remotis aliis perfonis. Et ideo aliae perfonae à patre habent vnitatem. Sed remotis aliis perfonis non inuenitur æqualitas in patre. Sed statim poſto filio inuenitur æqualitas. Et ideo diſiuntur omnia æqua lita propter filium: non quod filius ſit principium æqualitatis patri, ſed quia niſi eſſet patri æqualis filius, pater æqualis non poſſet dici: æqualitas enim eius primo conſideratur ad filium. Hoc enim ipſum, quod Spiritus ſanctus patri æqualis eſt, à filio habet. Similiter excludo Spirituſancto qui eſt duorum nexus, non poſſet in

telligi vnitas conneſionis inter Patrem & Filium. Et ideo dicuntur omnia eſſe con neſa propter Spiritum ſanctum. Quia poſto Spiritu ſancto inuenitur ratio con neſionis in diuinis perfonis. Vnde pater & filius poſſunt dici conneſi. Secundum vero terciam conſiderationem, qua in Deo ſufficiens virtus conſideratur ad ca ſandum, dicitur ſum terria appropria tio, ſeſicet potentia, ſapiencia, & boni tatis. Quæ quidem appropria tio fit & fe cundum rationem ſimilitudinis, ſi con feretur quod in diuinis perfonis eſt: & fe cundum rationem diſimilitudinis, ſi con ſideretur quod in creature eſt. Potentia enim habet rationem principii. Vnde ha bet ſimilitudinem cum patre coeleſti, qui eſt principium totius diuinitatis. Deficit autem interdum pati terreno propter ſeneſitatem. Sapientia vero ſimilitudinem habet cum filio coeleſti in quantum eſt verbum, quod nihil aliud eſt quā con ceptus ſapiētiae. Deficit autem interdum filio terreno propter temporiſ paucitatem. Bonitas autem cum ſit ratio, & ob jectum amoris, habet ſimilitudinem cum Spiritu diuino qui eſt amor, ſed repugnat habere videtur ad spiritu terrenum. Secundum quod importat violentiam, quandam & impulſionem: prout dicim Isai. 26. Spiritus robustorum quālī turbo impellēs parietem. Virtus autem ap propriatur filio & Spiritui ſancto non secundum quod virtus dicitur ipsa potentiæ, ſed secundum quod interdum virtus di citur id quod à potentia rei procedit, prout dicimus aliquod virtuolum factum eſſe virtute aliuicū agentis. Secundum vero quartam conſiderationem prout conſideratur Deus in habitadine ad ſuos effectus, ſumitur illa appropria tio ex quo per quem, & in quo. Hac enim pro pofatio, ex, importat habitudinem quādā cauſa materialis, que locum non habet in diuinis. Aliquando vero habi tudinem cauſe efficientis, quæ quidem competit Deo ratione ſue potentia & atiua. Vnde & appropriatur patrificie & potentia. Hac vero propositio, Per, designat quidem quandoque cauſam me diam: ſicut dicimus quod faber opera tur per martellum. Et ſicly, per quādoque non eſt appropriatum, ſed pro prium filij: ſecundum illud Ioann. i. O mnia per ipsum facta ſunt: non quia filius ſit instrumentum, ſed quia ipſe eſt principium de principio. Quandoque vero designat habitudinem formæ per quam agens operatur, ſicut dicimus per quod artifex operatur per artem. Vnde ſicut

sicut sapientia & ars appropriantur filio ita & ly per quem. Hæc vero præpositio, In, denotat proprie habitudinem continentis. Continet autem Deus res dupl. citer. Vno modo secundum suas similitudines: prout, scilicet, res dicuntur esse in quantum sunt in eius scientia. Et si hoc quod dico in ipso, esset appropriatum filio. Alio vero modo continetur res à Deo, in quantum Deus sua bonitate eas conservat & gubernat ad finem conuenientem adducendo. Etsi, in quo appropriatur Spiritui sancto, sicut & bonitas. Nec oportet, quod habitat causa finalis (quamvis sit prima causarum) approprietur patri qui est principium non de principio, quia persona diuinæ, quarum pater est principium, non procedunt ut ad finem (cum qualibet illarum sit ultimus finis) sed naturali processione, quæ magis ad rationem naturalis potentiae pertinere videretur. Ad illud vero quod de aliis queritur, dicendum quod cum veritas pertineat ad intellectum (vt supra dictum est) appropriatur filio, non tamen est proprium eius. Quia veritas vt supra dictum est, considerari potest prout est in intellectu, vel prout est in re: sicut igitur intellectus & res essentialiter sumpta sunt essentialia & non personalia, ita & veritas. Definitio autem Augustinus inducet datur de veritate secundum quod appropriatur filio. Liber autem vita in recto quidem importat notitiam, sed in oblique vitam. Est enim, vt supra dictum est, notitia Dei de his qui habituri sunt vitam æternam. Vnde appropriatur filio, licet vita approprietur Spiritui sancto, in quantum importat quandam interiorem motum, & sic conuenit cum proprio Spiritu sancto, in quantum est amor. Este autem scriptum ab alio, non est de ratione libri in quantum est liber, sed in quantum est quoddam artificiatum. Vnde non importat originem, neque est personalis, sed appropriatur personæ. Ipsum autem nomen qui est, appropriatur persona filii, non secundum propriam rationem, sed ratione adiuncti: in quantum scilicet in locutione Dei ad Moyen præfiguratur liberatio humani generis. quæ facta est per filium. Sed tamen secundum quod ly, qui, sumitur relative, posset referri interdum ad personam filij: & sic sumeretur personalitas, vt putata si dicatur, filius est genitus, qui est, sicut & Deus genitus personale est. Sed infinite sumprum est essentialis. Et licet hoc pronomen, iste grammaticæ loquendo ad aliquam certam personam videatur.

Vñquez in 1. p. Tom. 2.

tur pertinere, tamen quilibet res demonstrabilis, grammaticæ loquendo persona dici potest, licet secundum rei naturam non sit persona. Dicimus enim, iste lapis & iste asinus. Vnde & grammaticæ loquendo, essentia diuina secundum quod significatur & supponitur per hoc nomine, Deus, potest demonstrari hoc pronome, iste, secundum illud Exod. 15. Ille Deus meus & glorificabo cum.

QVÆSTIO XL.

De personis in comparatione ad relationes sive proprietates.

D

Einde queritur de personis in comparatione ad relationes, sive proprietates. Et queruntur quatuor.

ARTICVLVS I.

Vtrum relatio sit idem quod persona:

A

D primum sic proceditur. Videatur, quod in diuinis non sit idem relatio quod persona. Quæcun-
que enim sunt idem, multiplicato uno eorum multiplicatur & aliud. Sed contin-
git in una persona esse plures relationes, sicut in persona patris est paternitas & co-
munis spiratio. Et iterum unam relationem in duabus personis esse, sicut com-
munis spiratio est in patre & filio. Ergo
relatio non est idem quod persona.

2. Præterea, Nihil est in seipso secundum Philosopham in 4. Physic. Sed rela-
tio est in persona. Nec potest dici quod Lib. 4. Phys.
ratione identitatis, quia sic esset etiam in 1. d. 26. q. 2. ca.
essentia: ergo relatio, sive proprietas & 2. Op. 3. c.
persona, non sunt idem in diuinis.

3. Præterea. Quæcunque sunt idem, ita se habent, quod quicquid prædicatur pr
de uno prædicatur de alio. Non autem quicquid prædicatur de persona, prædi-
catur de proprietate. dicimus enim, quod pa-
ter gener, sed non dicimus, quod pa-
ternitas sit generans. Ergo proprietas non
est idem quod persona in diuinis.

Sed contra, in diuinis non differunt Titulus lib.
quod est, & quo est, vt habetur à Boet. in 1. d. 26. q. 2. ca.
lib. de Hebdo. Sed pater paternitate est in quod est bona
pater. Ergo pater idem est quod paterni- 2. Op. 3. c.
tas. Et eadem ratione aliae proprietates diu-
num illius.

Respondeo dicendum, quod circa hoc aliqui diuersimode opinati sunt. Qui-
dam enim dixerunt proprietates ne-
que esse personas, neque in personis.
Qui fuerunt morti ex modo significan-
di relationem, quæ quidem non signi-
fiant ut in aliquo, sed magis ad ali-
dem sunt cum personis.

Respondeo dicendum, quod circa

hoc aliqui diuersimode opinati sunt. Qui-

dam enim dixerunt proprietates ne-

que esse personas, neque in personis.

Qui fuerunt morti ex modo significan-

di relationem, quæ quidem non signi-

fiant ut in aliquo, sed magis ad ali-

dem sunt cum personis.

A. a. quid,

mant secūdum essentia vnitatem, nec est quære aliquid quo distinguantur ad hoc quod plures sint. Inueniuntur autem in diuinis personis duo : secundum quæ differunt, scilicet origo & relatio: quæ quidem, quamvis re non differant, differunt tamē secundum modum significandi. Nam origo significatur per modum actus, ut generatio : relatio vero per modum formæ, ut paternitas. Quidam igitur attententes quod relatio consequitur actum, dixerunt quod hypostates in diuinis distinguuntur per originem, ut dicamus quod pater distinguatur a filio, inquit, ille generat, & hic est genitus. Relationes autem, sive proprietates manifestant consequenter hypostateon sive personarum distinctiones : sicut & in creaturis proprietates manifestat distinctiones individualium, quæ sive per materialia principia. Sed hoc non potest stare propter duo. Primo quidem quia ad hoc quod aliqua dia distingueat intelligatur, necesse est eorum distinctionem intelligi per aliquid intrinsecum utriusque : sicut in rebus creatis, vel per materia, vel per formam. Origō autem alicuius rei non significatur, ut aliquid intrinsecum, sed ut via quedam arcem, vel ad rem. Sicut generatio significatur ut via quedam ad rem genitam, & ut progrediens a generante. Vnde non potest esse quod res genita & generans distinguantur sola generatione, sed oportet intelligere tam in generante, quam in genito ea, quibus ab iniuicem distinguuntur. In persona autem diuina non est aliud intelligere, nisi essentiam & relationem sive proprietatem. Vnde cum in essentia conueniant, relinquimus quod per relationes personæ ab iniuicem distinguantur. Secundo, quia distinctio in diuinis personis non est sic intelligenda, quasi aliquid commune dividatur: quia essentia communis remanet diuina, sed oportet quod ipsa distinguenda constituatur res distinctas. Sic autem relationes vel proprietates distinguunt vel constituant hypostates vel personas, inquantum sunt ipsa personæ substanties, sicut paternitas est pater, & filiatus est filius, eo quod in diuinis non differunt abstractum & concretum. Sed contra rationem originis est, quod constitutus hypostasis vel personam. Quia origo actus significatur ut progrediens a persona substantiente, unde presupponit eam. Origō autem passus significata (ut nativitas) significatur ut via ad personam substantiem, & nondum ut eam constitutus. Vnde melius dicitur quod persona seu hy-

postates distinguantur relationibus quam per originem. Licet enim distinguantur utroque modo, tamen prius & principius per relationes secundum modum intelligendi. Vnde hoc nomen, pater, non solum significat proprietatem, sed etiam hypostasis. Sed hoc nomen, genitor vel generans, significat tantum proprietatem. Quia hoc nomen, Pater, significat relationem, quæ est distinctiva & constitutiva hypostasis. Hoc autem nomen, generans vel genitor, significat originem, quæ non est distinctiva & constitutiva hypostasis.

Ad primum ergo dicendum, quod personæ sunt ipsæ relationes substantiales. Vnde non repugnat simplicitati diuinarum personarum, quod relationibus distinguantur.

Ad secundum dicendum, quod personæ diuinæ non distinguuntur esse in quo substituntur, neque in aliquo absoluto, sed solum secundum id, quod ad aliquid dicuntur. Vnde ad earum distinctionem sufficit relatio.

Ad tertium dicendum, quod quanto distinctio prior est, tanto propinquior est unitati. Et ideo debet esse minima. Et ideo distinctio personarum non debet esse nisi per id quod minimum distinguit, scilicet per relationem.

Ad quartum dicendum, quod relatio presupponit distinctionem suppositorum quando est accidentis: sed si relatio sit substantia non presupponit, sed secundum est distinctionem. Cum enim dicitur, quod relatio esse, est ad aliud se habere: perly aliud, intelligitur correlatum quod non est prius, sed simul natura.

Conclusio est, persona diuina relationibus constitutur, & distinguuntur.

DISPVTATIO CLVIII.

Vtrum personæ diuinae relationibus constituantur, & distinguuntur, an abolutis proprietatibus.

In personis non esse proprietates quibus distinguuntur, & constituantur, docuerunt Propositus, & Gregorius. cap. 1.

Resellatur præcedens opinio. cap. 2.

Personas diuinæ constitui, & distinguiri proprietatis ab solutis senserunt Ioannes & Ripa, & Scotus. c. 3.

Eadem personas distinguiri originibus, censuit Bonaventura. c. 4.

Personas diuinæ constitui, & distinguiri solum relationibus verior sententia, est. c. 5.

Arguit Scotus contra predictam opinionem ex comparatione relationis cum relationibus. c. 6.

Argumenta Scotti petitia ex ratione principij constitutentia. c. 6. 7.

Pajquez in I.P. tom. 2.